

PROSA

1. CÉSAR, Bellum civile I 8, 1-2 (ed. Klotz): Tras informarse sobre la intención de sus soldados, César avanza con una legión hacia la ciudad de Rímini y se reúne con tribunos de la plebe, ordenando a las demás legiones que le siguieran. También acude Lucio César.

Cognita militum voluntate, Ariminum cum ea legione proficiscitur ibique tribunos plebis, qui ad eum confugerant, convenit; reliquas legiones ex hibernis evocat et subsequi iubet. Eo Lucius Caesar adulescens venit, cuius pater Caesaris erat legatus.

2. CÉSAR, Bellum civile I 16, 1-2: Después de tomar Firmo, César ordena que se busque a los soldados que habían estado antes con Léntulo y que se realice un reclutamiento, dirigiéndose luego hacia Corfinio, cuyo acceso estaba interrumpido.

Recepto Firmo expulsoque Lentulo, Caesar conquiri milites, qui ab eo discesserant, dilectumque institui iubet. Ipse, unum diem ibi rei frumentariae causa moratus, Corfinium contendit. Eo cum venisset, cohortes quinque pontem fluminis interrompebant.

3. CÉSAR, Bellum civile I 37, 1: César envía a Gayo Fabio a Hispania, junto con tres legiones que había dispuesto en Narbona y sus proximidades, ordenándole la toma de los pasos pirenaicos que dominaba por entonces Afranio.

Dum haec parat atque administrat, Caium Fabium legatum cum legionibus tribus, quas Narbone circumque ea loca hiemandi causa disposuerat, in Hispaniam praemittit celeriterque saltus Pyrenaeos occupari iubet, qui eo tempore ab Lucio Afranio praesidiis tenebantur.

4. CÉSAR, Bellum civile I 40, 1: Fabio intentaba atraerse a las ciudades vecinas y, a través de dos puentes sobre el Segre, procuraba la provisión de forraje.

Fabius finitimarum civitatum animos litteris nuntiisque temptabat. In Sicori flumine pontes effecerat duos distantes inter se milia passuum quattuor. His pontibus pabulatum mittebat, quod ea, quae citra flumen fuerant, superioribus diebus consumpserat.

5. CÉSAR, Bellum civile I 40, 5-6: Lucio Planco, al mando de las legiones, toma un lugar elevado y coloca allí su tropa, de modo que no pueda ser rodeada, consiguiendo hacer frente al ejército contrario.

Lucius Plancus, qui legionibus praeerat, necessaria re coactus locum capit superiorem diversamque aciem in duas partes constituit, ne ab equitatu circumveniri posset. Ita

congressus impari numero magnos impetus legionum equitatusque sustinet.

6. CÉSAR, Bellum civile I 41, 1-2: César llega al campamento con los jinetes reservados para su defensa personal. Ordena que termine de repararse, de noche, un puente y deja una guarnición de seis cohortes.

Caesar cum equitibus, quos sibi praesidio reliquerat, in castra pervenit. Pons, qui fuerat tempestate interruptus, paene erat reffectus; hunc noctu perfici iussit. Ipse, cognita locorum natura, ponti castrisque praesidio sex cohortes relinquit.

7. CÉSAR, Bellum civile I 42, 4 y 43, 1: César fortifica su campamento y ordena que se le aproximen las demás cohortes. Una llanura se extendía entre la ciudad de Lérida y la colina sobre la que Petreyo y Afranio tenían su campamento.

Tertio die Caesar vallo castra communit; reliquas cohortes, quas in superioribus castris reliquerat, impedimenta que ad se traduci iubet. Erat inter oppidum Ilerdam et proximum collem, ubi castra Petreius atque Afranius habebant, planities circiter passuum trecentorum.

8. CÉSAR, Bellum civile I 43, 4-5: Se ordena a las cohortes de Afranio que se adelanten a ocupar el lugar y éstas, como resultado de la batalla y de la toma de un alto, obligan a las tropas de César a retirarse.

Qua re cognita, celeriter Afranii cohortes brevioris itineris ad eundem occupandum locum mittuntur. Contenditur proelio et, quod prius in tumulum Afraniani venerant, nostri repelluntur atque terga vertere seque recipere coguntur.

9. CÉSAR, Bellum civile I 45, 1: César, tras animar a las asustadas tropas, lleva en auxilio a la novena legión, obligando así a los enemigos que las perseguían a replegarse en la ciudad de Lérida.

Caesar, paene omni acie perterrita, cohortatus suos legionem nonam subsidio ducit; hostem, insolenter atque acriter nostros insequentem, supprimit rursusque terga vertere seque ad oppidum Ilerdam recipere et sub muro consistere cogit.

10. CÉSAR, Bellum civile I 45, 6-8: Mientras las tropas cesarianas resistían, los enemigos renovaban con frecuencia a sus efectivos cansados, por lo que César se veía obligado a hacer lo mismo.

Tamen virtute et patientia nitebantur atque omnia vulnera sustinebant. Ex castris cohortes per oppidum crebro summittentur, ut integri defessis succederent. Hoc idem Caesar facere cogebatur, ut, summissis in eundem locum cohortibus, defessos reciperet.

11. CÉSAR, *Bellum civile I* 54, 1-2: Dadas las enormes dificultades para el avance por tierra, César ordena a sus soldados construir naves de fabricación sencilla y de material ligero.

Cum in his angustiis res esset atque omnes viae ab Afranianis militibus equitibusque obsiderentur nec pontes perfici possent, imperat militibus Caesar ut naves faciant. Carinae ex levi materia fiebant; reliquum corpus navium, viminibus contextum, coriis integebatur.

12. CÉSAR, *Bellum civile I* 66, 2-3: Petreyo y sus tropas, ante el alboroto, suspenden la marcha y se retiran. Al día siguiente, explora el lugar, como también hace el bando de César a través de Lucio Decidio.

Exaudito clamore, iter supprimunt copiasque in castris continent. Postero die Petreius cum paucis equitibus occulte ad exploranda loca proficiscitur. Hoc idem fit ex castris Caesaris: mittitur Lucius Decidius cum paucis, qui loci naturam perspiciat.

13. CÉSAR, *Bellum civile II* 26, 1-2: Curión, una vez aclamado como general, dirige su ejército a Útica, hacia donde se dirigen los refuerzos enviados por el rey.

His rebus gestis, Curio se in castra recipit atque universi exercitus conclamatione imperator appellatur, posteroque die Uticam exercitum ducit et prope oppidum castra ponit. Nondum opere castrorum perfecto, equites nuntiant magna auxilia ab rege missa Uticam venire.

14. CÉSAR, *Bellum civile II* 43, 1: Marcio Rufo exhorta a sus tropas y, ante el ruego de éstas, ordena a los capitanes que dispongan las embarcaciones para partir.

His rebus cognitis, Marcius Rufus quaestor cohortatur suos, ne animo deficient. Illi orant atque obsecrant, ut in Siciliam navibus reportentur. Pollicetur magistrisque imperat navium, ut primo vespere omnes scaphas ad litus adpulsas habeant.

15. CICERÓN, *In Catilinam I* 1 (ed. Clark): Cicerón increpa a Catilina ante el senado y le reprocha por su falta de escrúpulos.

Quo usque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? Quam diu etiam furor iste tuus nos eludet? Quem ad finem sese effrenata iactabit audacia? Nihilne te nocturnum praesidium Palatii, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil horum ora vultusque moverunt?

16. CICERÓN, In Catilinam I 2: Cicerón reprocha al senado por su inactividad ante las agresiones de Catilina.

O tempora, o mores! Senatus haec intellegit; consul videt; hic tamen vivit. Vivit? Immo vero etiam in senatum venit, fit publici consilii particeps, notat et designat oculis ad caedem unum quemque nostrum. Nos autem fortes viri satis facere rei publicae videmur, si istius furorem ac tela vitamus.

17. CICERÓN, In Catilinam I 2-3: Cicerón vuelve a censurar al senado por no eliminar a Catilina, dado el peligro que entraña para el propio Estado.

Ad mortem te, Catilina, duci iussu consulis iam pridem oportebat, in te conferri pestem, quam tu in nos omnes iam diu machinaris. Vir amplissimus, Publius Scipio, Tiberium Gracchum mediocriter labefactantem statum rei publicae privatus interfecit; Catilinam orbem terrae caede atque incendiis vastare cupientem nos consules perferemus?

18. SALUSTIO, De coniuratione Catilinae, 5, 1-2 (ed. Reynolds): Retrato moral de Catilina

Lucius Catilina, nobili genere natus, fuit magna vi et animi et corporis, sed ingenio malo pravoque. Huic ab adulescentia bella intestina, caedes, rapinae, discordia civilis grata fuere, ibique iuventutem suam exercuit.

19. SALUSTIO, De coniuratione Catilinae, 5, 5 y 7-8: Salustio describe la desmesura de Catilina y cómo la propia ruina de su situación familiar y la corrupción de la ciudad de Roma le incitaban.

Animus nimis alta semper cupiebat. Agitabatur magis magisque in dies animus ferox inopia rei familiaris et conscientia scelerum. Incitabant praeterea corrupti civitatis mores, quos pessima ac diversa inter se mala, luxuria atque avaritia, vexabant.

20. SALUSTIO, De coniuratione Catilinae, 14, 4-5: Seducción de cómplices — especialmente jóvenes de carácter maleable— por parte del corrupto Catilina.

Si quis etiam a culpa vacuus in amicitiam eius inciderat, cotidiano usu atque illecebris facile par similisque ceteris efficiebatur. Sed maxime adulescentium familiaritates adpetebat: eorum animi molles etiam et fluxi dolis haud difficulter capiebantur.

21. SALUSTIO, De coniuratione Catilinae, 28, 1: Salustio narra cómo Gayo Cornelio y Lucio Vargunteyo acordaron dar muerte a Cicerón esa misma noche.

Igitur, perterritis ac dubitantibus ceteris, Caius Cornelius eques Romanus et cum eo Lucius Vargunteius senator constituere ea nocte paulo post cum armatis hominibus, sicut salutatum, introire ad Ciceronem ac de inproviso domi suae inparatum confodere.

22. SALUSTIO, De coniuratione Catilinae, 31, 6-7: Tras pronunciar Marco Tulio Cicerón su discurso, Catilina intenta congraciarse con los senadores.

Tum Marcus Tullius consul, sive praesentiam eius timens sive ira conmotus, orationem habuit luculentam atque utilem rei publicae. Sed, ubi ille adsedit, Catilina, ut erat paratus ad dissimulanda omnia, postulare a patribus coepit, ne quid de se temere crederent.

23. SALUSTIO, De coniuratione Catilinae, 48, 8-9: Salustio relata cómo la acusación de Tarquinio contra Craso se produjo —según algunos y según el propio Craso— a instancias de Cicerón.

Alii Tarquinium a Cicerone inmissum aiebant, ne Crassus, more suo, suscepto malorum patrocinio, rem publicam conturbaret. Ipsum Crassum ego postea praedicantem audivi tantam illam contumeliam sibi a Cicerone inpositam.

24. SALUSTIO, De coniuratione Catilinae, 51, 32-33: César recuerda ante el senado cómo el victorioso Sila ordenó que se ejecutase a Damasipo y a otros conjurados contra el Estado, con la aprobación de todos los ciudadanos, y que ése fue el inicio de una gran desgracia.

Victor Sulla Damasippum et alios eius modi iugulari iussit. Quis non factum eius laudabat? Homines scelestos et factiosos, qui seditionibus rem publicam exagitaverant, merito necatos aiebant. Sed ea res magnae initium cladis fuit.

25. SALUSTIO, De coniuratione Catilinae, 53, 1: Tras pronunciar su discurso, Catón es ensalzado por el senado, cuyos miembros se lanzan mutuos reproches.

Postquam Cato adsedit, consulares omnes itemque senatus magna pars sententiam eius laudant, virtutem animi ad caelum ferunt, alii alios increpantes timidos vocant. Cato clarus atque magnus habetur; senati decretum fit sicut ille censuerat.

26. SALUSTIO, De coniuratione Catilinae, 53, 5-6: Salustio dice que, en una Roma corrompida y sin el vigor de los antepasados, apenas ha habido nadie de valor en mucho tiempo, con la excepción de Catón y de César.

Postquam luxu atque desidia civitas corrupta est, res publica imperatorum atque magistratum vitia sustentabat ac multis tempestatibus haud quisquam Romae virtute magnus fuit. Sed ingenti virtute fuerunt viri duo, Marcus Cato et Caius Caesar.

27. SALUSTIO, De coniuratione Catilinae, 54, 2 y 4: Salustio describe el carácter de César, destacando su generosidad con los demás y su vocación militar.

Caesar beneficiis ac munificentia magnus habebatur. Caesar in animum induxerat laborare, vigilare, sua neglegere, nihil denegare quod dono dignum esset; sibi magnum imperium, exercitum, bellum novum exoptabat, ubi virtus enitescere posset.

28. SALUSTIO, De coniuratione Catilinae, 57, 5: Catilina, al verse acorralado, decide probar suerte y luchar cuanto antes contra Antonio.

Sed Catilina, postquam videt montibus atque copiis hostium sese clausum, in urbe res adversas, neque fugae neque praesidii ullam spem, optimum ratus fortunam belli temptare, statuit cum Antonio quam primum conflare.

29. SALUSTIO, De coniuratione Catilinae, 60, 6-7: Una vez caídos Manlio y Fesulano, Catilina, casi solo ya, recuerda cuál es su linaje y opta por luchar a muerte.

Manlius et Faesulanus in primis pugnantes cadunt. Catilina, postquam fusas copias seque cum paucis reliquum videt, memor generis atque pristinae suae dignitatis in confertissimos hostes incurrit ibique pugnans confoditur.

30. SALUSTIO, De coniuratione Catilinae, 61, 4-5: Una vez terminado el combate, se encuentra entre los cadáveres a Catilina, todavía moribundo y con su brutal rostro de siempre. Ninguno de sus aliados le sobrevive o resulta apresado.

Catilina vero longe a suis inter hostium cadavera repertus est, paululum etiam spirans ferociamque animi, quam habuerat vivus, in vultu retinens. Postremo ex omni copia neque in proelio neque in fuga quisquam civis ingenuus captus est.

ANTOLOGÍA DE TEXTOS (CURSO 2010-2011)

VERSO

1. CATULO, Carm. 1, 1-7 (ed. Mynors): Catulo dedica su librito de poemas a otro autor célebre, su amigo Cornelio Nepote.

Cui dono lepidum novum libellum
arida modo pumice expolitum?
Corneli, tibi: namque tu solebas
meas esse aliquid putare nugas
iam tum, cum ausus es, unus Italarum,
omne aevum tribus explicare cartis
doctis, Iuppiter, et laboriosis.

2. CATULO, Carm. 3, 3-8: Catulo hace una breve descripción del pájaro muerto de Lesbia.

Passer mortuus est meae puellae,
passer, deliciae meae puellae,
quem plus illa oculis suis amabat;
nam mellitus erat suamque norat
ipsam tam bene quam puella matrem,
nec sese a gremio illius movebat.

3. CATULO, Carm. 3, 13-18: Catulo lanza su maldición contra la muerte inexorable, que se ha llevado al pajarillo de su llorosa amada.

At vobis male sit, malae tenebrae
Orci, quae omnia bella devoratis:
tam bellum mihi passerem abstulistis!
O factum male! o miselle passer!
Tua nunc opera meae puellae
flendo turgiduli rubent ocelli.

4. CATULO, Carm. 5, 1-7: Catulo invita a Lesbia al disfrute del amor, mientras la breve luz del día —es decir, la vida— dura.

Vivamus, mea Lesbia, atque amemus
rumoresque senum severiorum
omnes unius aestimemus assis.
Soles occidere et redire possunt:
nobis, cum semel occidit brevis lux,
nox est perpetua una dormienda.
Da mi basia mille, deinde centum [...]

5. CATULO, Carm. 13, 6-14: Catulo, sin dinero, pide a Fabulo que lo invite a cenar; a cambio recibirá verdadero afecto, y él le obsequiará con un perfume que tiene su amada, de olor tan delicioso que Fabulo rogará que los dioses lo conviertan, por entero, en una nariz.

Haec si, inquam, attuleris, venuste noster,
cenabis bene; nam tui Catulli
plenus sacculus est aranearum.
Sed contra accipies meros amores
seu quid suavius elegantiusve est:
nam unguentum dabo, quod meae puellae
donarunt Veneres Cupidinesque,
quod tu cum olfacies, deos rogabis,
totum ut te faciant, Fabulle, nasum.

6. CATULLO, Carm. 72:

Dicebas quondam solum te nosse Catullum,
Lesbia, nec prae me velle tenere Iovem.
Dilexi tum te non tantum ut vulgus amicam,
sed pater ut gnatos diligit et generos.
Nunc te cognovi: quare etsi impensius uror,
multo mi tamen es vilior et levior.

7. HORACIO, Carm. I 4, 9-15 (ed. Müller): Horacio invita a Sestio a disfrutar de la vida y a cumplir con los deberes, antes de que la muerte, que a todos llega, lo impida.

Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire myrto
aut flore, terrae quem ferunt solutae;
nunc et in umbrosis Fauno decet immolare lucis,
seu poscat agna siue malit haedo.
Pallida Mors aequo pulsat pede pauperum tabernas
regumque turres. O beate Sesti,
vitae summa brevis spem nos vetat inchoare longam.

8. HORACIO, Carm. I 9, 13-17: Horacio insiste, recomendando a Taliarco que deje de preocuparse por el mañana y que disfrute del presente mientras es joven.

Quid sit futurum cras, fuge quaerere et
quem Fors dierum cumque dabit, lucro
adpone nec dulces amores
sperne, puer, neque tu choreas,
donec virenti canities abest
morosa.

9. HORACIO, Carm. I 11, 3-8: Horacio invita a Leucónoe a que, sin preguntarse por los años de vida que le quedan, disfrute del momento.

[...] Ut melius, quidquid erit, pati,
seu plures hiemes seu tribuit Iuppiter ultimam,
quae nunc oppositis debilitat pumicibus mare
Tyrrhenum. Sapias, vina liques et spatio brevi
spem longam reseces. Dum loquimur, fugerit invida
aetas: carpe diem, quam minimum credula postero.

10. OVIDIO, *Metam.* I 548-552: Transformación de la joven Dafne, angustiada, en laurel.

Vix prece finita, torpor gravis occupat artus:
mollia cinguntur tenui praecordia libro;
in frondem crines, in ramos bracchia crescunt,
pes modo tam velox pigris radicibus haeret,
ora cacumen habet: remanet nitor unus in illa.

11. OVIDIO, *Metam.* IV 104-108: Tras destrozar una leona el vestido de Tisbe y encontrarlo Píramo, éste se imagina el peor desenlace para esa noche.

Ore cruentato tenues laniavit amictus.
Serius egressus vestigia vidit in alto
pulvere certa ferae totoque expalluit ore
Pyramus; ut vero vestem quoque sanguine tinctam
repperit, "una duos" inquit "nox perdet amantes".

12. OVIDIO, *Metam.* X 53-59: Orfeo incumple la condición impuesta por los dioses infernales para el regreso de Eurídice.

Carpitur acclivis per muta silentia trames,
arduus, obscurus, caligine densus opaca.
Nec procul abfuerunt telluris margine summae:
hic, ne deficeret, metuens avidusque videndi
flexit amans oculos, et protinus illa relapsa est,
bracchiaque intendens prendique et prendere certans
nil nisi cedentes infelix arripit auras.

13. OVIDIO, *Metam.* XIII 840-845: *El cíclope Polífemo se jacta de su aparente belleza.*

Certe ego me novi liquidaeque in imagine vidi
nuper aquae, placuitque mihi mea forma videnti.
Aspice, sim quantus! Non est hoc corpore maior
Iuppiter in caelo (nam vos narrare soletis
nescioquem regnare Iovem); coma plurima torvos
prominet in vultus umerosque, ut lucus, obumbrat.

14. VIRGILIO, *Ecl.* II 19-22 y 25 (ed. Mynors): Coridón se siente despreciado, pese a ser rico y atractivo.

Despectus tibi sum nec qui sim quaeris, Alexi,
quam dives pecoris, nivei quam lactis abundans.
Mille meae Siculis errant in montibus agnae;
lac mihi non aestate novum, non frigore deficit.
Nec sum adeo informis; nuper me in litore vidi.

15. VIRGILIO, Georg. IV 490-496: Orfeo incumple la condición impuesta por los dioses infernales para el regreso de Eurídice.

Restitit Eurydicenque suam iam luce sub ipsa
(immemor heu!) victusque animi respexit. Ibi omnis
effusus labor atque immitis rupta tyranni
foedera, terque fragor stagnis auditus Avernis.
Illa "Quis et me", inquit, "miseram et te perdidit, Orpheu,
quis tantus furor? En iterum crudelia retro
fata vocant, conditque natantia lumina somnus".

16. VIRGILIO, Aen. I 1-5: Virgilio avanza el argumento de su Eneida.

Arma virumque cano, Troiae qui primus ab oris
Italiam, fato profugus, Laviniaque venit
litora, multum ille et terris iactatus et alto
vi superum, saevae memorem Iunonis ob iram,
multa quoque et bello passus, dum conderet urbem.

17. VIRGILIO, Aen. I 65-70: Juno ruega a Eolo, dios de los vientos, que destruya las naves de Eneas y a quienes las ocupan.

"Aeole (namque tibi divum pater atque hominum rex
et mulcere dedit fluctus et tollere vento),
gens inimica mihi Tyrrhenum navigat aequor
Ilium in Italiam portans victosque penates:
incute vim ventis submersasque obrue puppes,
aut age diversos et dissice corpora ponto".

18. VIRGILIO, Aen. I 657-661: Venus decide recurrir a su hijo Cupido para que, bajo la apariencia de Ascanio, inflame de amor a la reina Dido.

At Cytherea novas artes, nova pectore versat
consilia, ut faciem mutatus et ora Cupido
pro dulci Ascanio veniat, donisque furentem
incendat reginam atque ossibus implicet ignem;
quippe domum timet ambiguum Tyriosque bilingues.

19. VIRGILIO, Aen. II 1-5: Entre el silencio de todos, Eneas lamenta tener que recordar ante la reina Dido las muchas desgracias que ha padecido y presenciado.

Conticuere omnes intentique ora tenebant;
inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto:

"Infandum, regina, iubes renovare dolorem,
Troianas ut opes et lamentabile regnum
eruerint Danaï, quaeque ipse miserrima vidi".

20. VIRGILIO, Aen. II 40-44: El troyano Laocoonte recrimina a sus paisanos por creerse que los enemigos se han marchado dejando un regalo y por no desconfiar del caballo de madera que Ulises y los demás griegos les han dejado ante los muros.

Primus ibi ante omnes magna comitante caterva
Laocoon ardens summa decurrit ab arce,
et procul "o miseri, quae tanta insania, cives?
Creditis avectos hostes? Aut ulla putatis
dona carere dolis Danaum? Sic notus Ulixes?"

21. VIRGILIO, Aen. II 45-49: Prosigue la advertencia de Laocoonte.

Aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi,
aut haec in nostros fabricata est machina muros,
inspectura domos venturaque desuper urbi,
aut aliquis latet error; equo ne credite, Teucrici.
Quidquid id est, timeo Danaos et dona ferentes."

22. VIRGILIO, Aen. II 50-53: Laocoonte, finalmente, arroja su lanza contra el caballo de madera, cuyo interior hace resonar profundamente.

Sic fatus validis ingentem viribus hastam
in latus inque feri curvam compagibus alvum
contorsit. Stetit illa tremens, uteroque recusso
insonuere caevae gemitumque dedere cavernae.

23. VIRGILIO, Aen. II 216-220: Las serpientes se enroscan en torno al cuerpo de Laocoonte, que intenta liberarse.

Post ipsum auxilio subeuntem ac tela ferentem
corripiunt spirisque ligant ingentibus; et iam
bis medium amplexi, bis collo squamea circum
terga dati superant capite et cervicibus altis.
Ille simul manibus tendit divellere nodos.

24. VIRGILIO, Eneida IV 1-5: La reina Dido siente su amor por Eneas como una herida y se consume en él, mientras el recuerdo de su valor, de su linaje y de sus gestos y palabras no la dejan dormir.

At regina gravi iamdudum saucia cura
vulnus alit venis et caeco carpitur igni.
Multa viri virtus animo multusque recursat
gentis honos; haerent infixi pectore vultus
verbaque nec placidam membris dat cura quietem.

25. VIRGILIO, Aen. IV 68-73: Pasión amorosa de Dido, a la que se compara con una cierva incauta herida por la flecha de un cazador despistado.

Uritur infelix Dido totaque vagatur
urbe furens, qualis coniecta cerva sagitta,
quam procul incautam nemora inter Cresia fixit
pastor agens telis liquitque volatile ferrum
nescius: illa fuga silvas saltusque peragrat
Dictaeos; haeret lateri letalis harundo.

26. VIRGILIO, Aen. IV 93-97: La diosa Juno censura a Venus y a su hijo Cupido por la dudosa hazaña de derrotar a una mujer sola y abandonada como Dido, y reprocha a Venus, asimismo, su aversión hacia Cartago.

"Egregiam vero laudem et spolia ampla refertis
tuque puerque tuus (magnum et memorabile numen),
una dolo divum si femina victa duorum est.
Nec me adeo fallit veritam te moenia nostra
suspectas habuisse domos Karthaginis altae".

27. VIRGILIO, Aen. IV 138-142: Virgilio describe el dorado atuendo de la reina Dido, adornada para la cacería. Acuden asimismo los troyanos, el pequeño Julo y el propio Eneas.

Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum,
aurea purpuream subnectit fibula vestem.
Nec non et Phrygii comites et laetus Iulus
incedunt. Ipse ante alios pulcherrimus omnes
infert se socium Aeneas atque agmina iungit.

28. VIRGILIO, Aen. IV 393-398: Eneas intenta consolar a Dido, pero se decide a partir inmediatamente con sus naves.

At pius Aeneas, quamquam lenire dolentem
solando cupit et dictis avertere curas,
multa gemens magnoque animum labefactus amore
iussa tamen divum exsequitur classemque revisit.
Tum vero Teucri incumbunt et litore celsas
deducunt toto naves. Natat uncta carina.

29. VIRGILIO, Aen. IV 504-508: Dido prepara la pira necesaria para su suicidio.

At regina, pyra penetrali in sede sub auras
erecta ingenti taedis atque ilice secta,
intenditque locum sertis et fronde coronat
funerea; super exuvias ensemque relictum
effigiemque toro locat haud ignara futuri.

30. VIRGILIO, Aen. 553-557 y 560: Mientras Dido llora desconsoladamente, Eneas duerme; el dios Mercurio lo recrimina.

Tantos illa suo rumpebat pectore questus:
Aeneas celsa in puppi iam certus eundi
carpebat somnos rebus iam rite paratis.
Huic se forma dei vultu redeuntis eodem
obtulit in somnis rursusque ita visa monere est:
"nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos?"

PRUEBA DE ACCESO A LAS ENSEÑANZAS UNIVERSITARIAS OFICIALES DE GRADO

CURSO 2011-2012

Plan de Estudios del Real Decreto 1467/2007, de 2 de noviembre (BOE de 6 de noviembre) y Orden del Departamento de Educación, Cultura y Deporte, de 1 de julio de 2008 (BOA de 17 de julio)

Real Decreto 1892/2008, de 14 de noviembre (BOE de 24 de noviembre) y correcciones de errores (BOE de 28 de marzo de 2009 y BOE de 21 de julio de 2009) y modificación por Real Decreto 558/2010, de 7 de mayo (BOE de 8 de mayo)

Orden EDU/3242/2010, de 9 de diciembre, (BOE de 17 de diciembre)

Orden de la Consejería de Ciencia, Tecnología y Universidad de 29 de abril de 2009 (BOA de 27 de mayo)

MATERIA DE MODALIDAD, se podrá elegir para el cuarto ejercicio de la Fase general o para la fase Específica

LATIN II

ESTRUCTURA DEL EJERCICIO

El examen constará de dos opciones, A y B, de las que el alumno deberá responder únicamente a una, a su elección.

Cada opción constará de las siguientes cuestiones:

- 1. Traducción con diccionario de un texto propuesto** (calificación máxima: 5 puntos).
- 2. Análisis morfológico** (calificación máxima: 1 punto).
 - 2.1 *Análisis morfológico de dos términos incluidos en el texto* (hasta 0.5 puntos).
 - 2.2 *Declinación de un sintagma nominal o conjugación de una forma verbal incluida en el texto* (hasta 0.5 puntos).
- 3. Análisis sintáctico de un periodo oracional del texto** (calificación máxima: 1 punto).
- 4. El léxico latino y su evolución** (calificación máxima: 1 punto).
 - 4.1 *Explicación del significado de expresiones latinas* (hasta 0.5 puntos).
 - 4.2 *Indicación del resultado de la evolución del latín al castellano* (hasta 0.25 puntos).
 - 4.3 *Mención de las reglas de la evolución del latín al castellano* (hasta 0.25 puntos).
- 5. Literatura latina** (calificación máxima: 2 puntos).
 - 5.1 *Géneros y autores* (hasta 1 punto).
 - 5.2 *Mitología* (hasta 0.5 puntos).
 - 5.3 *Tópicos literarios* (hasta 0.5 puntos).

CRITERIOS GENERALES DE CALIFICACIÓN

El ejercicio tendrá una *duración de hora y media* y se calificará de 0 a 10 con dos cifras decimales.

Se permite alterar el orden de las respuestas, siempre y cuando el orden elegido se señale al corrector debidamente en el ejercicio.

Se permite el uso de cualquier diccionario latino-español así como de los apéndices gramaticales.

Cuestión 1: Traducción con diccionario de un texto propuesto (calificación máxima: 5 puntos).

En el apartado de traducción se valorará la traducción en su conjunto atendiendo sobre todo a la identificación y comprensión de las relaciones gramaticales, a la comprensión del contenido y a su expresión en español.

De modo orientativo se sugiere la siguiente **distribución de la puntuación**:

- *Comprensión del contenido del texto propuesto* (hasta 2 puntos).
- *Interpretación de las estructuras morfosintácticas latinas* (hasta 1 punto).
- *Precisión léxico-semántica* (hasta 1 punto).
- *Expresión en español* (hasta 1 punto).

Cuestión 2: Análisis morfológico (calificación máxima: 1 punto).

Se recomienda recurrir en el análisis morfológico al sistema de abreviaturas habitual en estos casos.

Se valorará la corrección gramatical de la respuesta así como su claridad y concisión.

En el análisis morfológico de **formas nominales** se indicará el caso, número y género y se enunciará el nombre en cuestión (en caso nominativo y genitivo o bien en nominativo e indicando a qué declinación pertenece).

En el análisis morfológico de **formas verbales personales** se indicarán las categorías de persona, número, voz, tiempo y modo, enunciándose también el verbo al que pertenece.

Cuestión 3: Análisis sintáctico (calificación máxima: 1 punto).

Aunque puede desarrollarse mediante la forma de comentario sintáctico, se recomienda **una representación gráfica del análisis sintáctico** mediante cualquiera de los procedimientos habituales.

Se valorará la corrección gramatical de la respuesta así como su claridad y concisión.

La puntuación distinguirá dos niveles:

- *Delimitación de las proposiciones* que componen el periodo oracional analizado e identificación de sus relaciones funcionales (hasta 0.5 puntos).
- *Análisis sintáctico de cada uno de los constituyentes* (hasta 0.5 puntos).

Cuestión 4: El léxico latino y su evolución (calificación máxima: 1 punto).

Se valorará la identificación de las relaciones léxicas del latín con el castellano bien mediante explicación etimológica, bien mediante evolución fonética.

Cuestión 5: Literatura latina (calificación máxima: 2 puntos).

De manera general se valorará la información, la precisión y la amplitud de los conocimientos, así como la corrección en la expresión

En el apartado de **Géneros y autores** se recomienda **calificar conforme al siguiente criterio:**

- *Generalidades sobre el género literario*: definición, características, significación e influencia posterior (hasta 0.5 puntos).
- *Autores representativos* (cronología, obra, significación, influencia posterior etc.) (hasta 0.5 puntos)

5.- Cuestión literaria

5.1. Géneros y autores de la literatura romana (épica, teatro, lírica, historiografía, oratoria; se preguntará por uno de los cinco géneros, a elegir entre dos)

5.2. Mitología en la literatura romana (Apolo y Dafne, Orfeo y Eurídice, Polifemo y Galatea, Píramo y Tisbe, Dido y Eneas; se preguntará por el argumento de uno de los cinco mitos, a elegir entre dos); la formulación del apartado será: "Indique brevemente el argumento de uno de los dos mitos siguientes: A. [u.], B. [...]". Al margen del posible recurso al diccionario de Grimal o similares, se aconseja leer en clase las correspondientes narraciones ovidianas, o bien remitir al alumno a ellas (Metam.I452-567, IV 55-166. X 1-7J, XIII 750-897; para el episodio de Dido y Eneas se recomienda un breve resumen de Virg .. Aen. IV). También se remitirá a los alumnos a la selección de textos en verso que se refieren a estos episodios.

5.3. Tópicos literarios (*carpe diem*, *locus amoenus*, *tempus fugit*, *beatus ille*, *aurea mediocritas*); se preguntará por el contenido de uno de los cinco tópicos, a elegir entre dos); la formulación del apartado será: "Indique brevemente el significado habitual de uno de los dos tópicos literarios siguientes: A. (...], B. (.. .]". Se aconseja remitir a los alumnos (para el caso del *carpe diem*, del *tempus fugit* y de la *aurea mediocritas*) a los textos horacianos recogidos en la antología; el *locus amoenus* y el *beatus ille* pueden ejemplificarse en clase asimismo con Horacio, *Ars poet.* 17-18 (desde el punto de vista de la preceptiva) y *Epod.* 2, respectivamente. Para una información general, cabe siempre remitir al clásico manual de Curtius (*Literatura europea y edad media latina [= Europäische Literatur/r Lnd lateinisches Mittelalter*, Berna, 1948], Ir. M. FRENK - A. ALATORRE, Méjico - Buenos Aires, J 955); para el *carpe diem* (y afines) puede recomendarse al alumno bibliografía más específica y asimismo accesible, como V. CRISTÓBAL, "Horacio y el *carpe diem*", en R. CORTÉS - J. C. FERNÁNDEZ (eds.), *Bimilenario de Horacio [= Acta Salmanticensia. Estudios filológicos* 258], Salamanca, 1994, 171-189, "El tópico del *carpe diem* en las letras latinas", en J. L. MORALEJO (et al.), *Aspectos didácticos de latín*, 4, ICE, Zaragoza, 1994, 225-268.

Uso de diccionarios durante la prueba y niveles de complejidad

Criterio respecto a la utilización de diccionarios y de apéndices gramaticales: Podrá utilizarse durante la prueba cualquier diccionario latino-español de que el alumno disponga, así como los apéndices gramaticales que suelen acompañar —de manera exenta o no (dado que en algunos casos los contenidos gramaticales se hallan diseminados en el cuerpo del propio diccionario, de modo que su consulta resulta imposible de controlar en la práctica)— a esos diccionarios. No se permitirá el empleo de materiales manuscritos y tampoco el de gramáticas completas, por sucintas que éstas sean. En cualquier caso, se considera oportuno recomendar al alumno la no utilización —o bien un uso excepcional— de estos recursos, siempre ineficaces si se desconocen los rudimentos gramaticales. Asimismo, conviene arbitrar procedimientos didácticos para el aprendizaje de vocabulario básico, de modo que el

alumno —que debe aprender a utilizar correcta y provechosamente el diccionario— obtenga un mayor fruto de la asignatura (al incrementar su competencia lingüística, tanto en español como en latín) y no desaproveche mediante búsquedas innecesarias o inútiles el tiempo de que dispone para la realización de la prueba. El armonizador comprobará que el vocabulario de los textos propuestos para la prueba se encuentra recogido en los diccionarios más elementales al uso

El texto propuesto para traducción procederá de la selección acordada, sin adaptaciones que supongan modificar sus elementos sintácticos básicos. Como en cursos anteriores, el armonizador se reserva la posibilidad de abreviar ligeramente el texto elegido, mediante la eliminación de sintagmas o secuencias de especial complejidad. Con carácter general, no se propondrán textos con subordinadas dependientes de subordinadas; si apareciesen construcciones sintácticas inhabituales o complejas (supinos, gerundios, gerundivos, etc.) se indicaría en nota su presencia. Desde el punto de vista fonético, morfológico y ortográfico, se normalizarán los textos de modo que aparezcan las formas más habituales en los diccionarios escolares al uso (asimilaciones fonéticas, dobles morfológicos, etc.), se escribirá *v* para representar la *u* semiconsonántica y se procurará que la puntuación —uso de comas, por ejemplo— realce las estructuras sintácticas al máximo. Se procurará, finalmente, que las notas sean claras y concisas, facilitando significados cuando se entienda conveniente.